

Aziri impo tam coguntur. Eo bello tantis opibus parato, tanta a ovi, tam denique imperato rerum deinde eventu soluto, non solum pavore, sed etiamque periculis Græcia liberata constitit, verum clarissimam, & immortalem ex inaudita victoria magnitudinem gloriam consecuta est: tantaque simul diversis unaqueque Græciæ civitas ex ea præda contraxit, ut rebus quibuscumque passim locupletatis stupor ingens populis invaserit, cunctis supra modum admirantibus, quoniam pacto tantam opum molem, tantaque vires fortuna possessoribus extorquere, atque in adversam partem traducere sustinuerit. Ex eo namque tempore in 30. sequentes annos perpetua Græcis ad felicitatem populis incrementa provenire. Tum bonæ artes omnes, opum vi prosequente virtutis præmia, & dignitatem honestante, doctrinæ mirum in modum excולי, coalescereque ceperunt, clarissimisque & excellentissimis cujusque artis & disciplinæque auctoribus, artificibusque sæculum illud primum floruisse memoriam proditum est, quo Phidias sculptoris in educendis rerum simulacris acumen illud propè divini officii enituit. Disciplinarum quoque institutio, eruditioque haud mediocriter exculta coaruit. Philosophiæ præcipuus honor habitus: necnon & eloquentiæ facultas in dignitate fuit, passim quidem apud Græciæ populos omnes, at verò Athenis in primis: quo tempore Socraticæ disciplinæ professores, Platonis deinde, Aristotelicæ traditio viguit; eloquentia Pericles, & Iococrates, ejusque discipuli excellere. Nec minoris excellentiæ viri temporis ejus militari disciplina, clarissimis gestis, famaque nobilissima recensentur, *Miltiades, Themistocles, Aristides, Cimon, Myrionides, ac plerique alii. Diod. lib. 11.*

Gothis dominantibus, Italia optatam aliquando pacem, ac quietem adeptam, primum omni genere prosperitatis effloruit: deinde novis bellorum fluctibus agitata, usque ad extremam urbium desolationem, gentisque internecionem, mirò quodam, ac præcipuo fortuna ludo, elanguit. Felicitatis autem materiam Rex Theodoricus, calamitatis reliqui democops præbuerunt. *Sig. lib. 6. In pœcid.*

Homines, qui insulam Cubam, Hispaniolæ ab Columbo inventæ, & cultæ viciniam incolunt, & qui proximas obtinent insulas, quarum magnus est numerus, plerique autem etatem agunt, nullum agri modum noscant, non judicia, non leges habent, non litteras, non mercatura utuntur, non in posterum, sed in dies vivunt. *Bembus lib. 6. bist. Viri boni.*

Anaxagoras interroganti cuidam: Quisnam esset beatus? Nemo (inquit) ex iis, quos tu felices existimas; sed eum in eo numero reperies, qui a te ex miseris constare creditur. Non erit ille divitus, & honoribus abundans, sed aut exigui rursus, aut non ambitiosæ doctrinæ, fidelis ac pertinax cultor, in secessu, quam in fronte beator. *Val. lib. 7. cap. 2. Philopoli.*

Epicurus Gargeticus dicebat: Cui paucæ non sufficiunt ei, nihil satis est. Ille idem dicebat, se cum Jove etiam paratum esse de felicitate certare, si aquam haberet, & osiam. *Ælian. lib. 4. de var. bist.*

Prædicante nonnullo Regem Persarum, qui admodum erat adolescens, beatum: Nempe nec Priamus, inquit Agellius, hac etate alteram fuit fortunam expertus. *Erasm. in Apoph.*

Senes.
D Senex Veronens. Claudiani carmine nunquam olim felicio:
*Felix, qui propriis eorum transegit in arvis,
Ipsa domus puerum, quem videt ipsa senem;
Qui baculo nitens, in qua rapavit arena,
Vnius numerat sæcula longa cascade.
Illum non vario traxit fortuna tumulen,
Nec bibit ignotas nobilitis hospes aquas.
Non frenata mercator timuit, non cl. sic a miles,
Non rancæ lites perculit ille fori.
Indocilis verum, quæ nec nisi virbis,
Adfructu sruat liberare poli.
Fragibus alteris, non Coniule computat annum,
Aut unum num. pennis, ver sibi flore notat.
Idem condit ager solus, idem que vacat,
Metiturque suo vesticis orbe diem.
Ingenem meminit parvo qui gramme quercum,
Æquat inque videt consensu nemus.
Puperes.
Ovidii vestis lib. 8. Metamorphoseon noti sunt:*

Pia Baucis anus, parilique atate Philemon:
*Illis sunt annis juncti in ævibus, illis
Consenserat casa, paupertatemque ferenda
Effecere teem, nec inanis mento ferendam.*

MOEUL.
Confule Tit. Revelatio aliene Beatitudinis.
Talthybius præco Græcorum, ad Hecubam de filia Polyxena, mactata ad tumulum Achillis, sic ait apud Euripidem in Troadibus:
*Εἴδω μὲν γὰρ καὶδὴ σὺν ἔργῳ καλῶς.
Ἐξὺ τῶν ποσσῶν δὲ δὲ ἀνδρῶν ἔχει κακῶς.*

Beatam prædicato filiam tuam, bene habet: habet mors ipsam, itaque liberata est a malis.
Mide ferunt, postquam Silenum comprehendit, percontanti & roganti, Quidnam optimum foret hominibus, & quid maxime omnium expetendum in hunc primum dicere voluisse, sed immobilem siluisse. Ceterum ut tandem aliquando omnia machinatus expressit, aliquid ut ad se loqueretur, non coactum duxit: Exi ærummoli, ac fortune aspera soboles momentanea, quid me proloqui, quod vobis præstabit ignorare, compellitis? ignorantia enim priorum malorum vitam, quam maxime adducit a tristitia. Nequaquam valent homines sumum omnium bonum assequi, neque optime natura fieri participes. Siquidem optimum est mortalibus omnibus non esse natos: proximum & alterum, quod fieri queat primum: de secundum tamen, natos quam oculis intueri. *Plut. in consolatoria oratione ad Apollon.*

Solon neminem, dum adhuc viveret, beatum dici debere arbitrabatur, quod ad ultimum usque fati diem anticipi fortune subiecti essent. Felicitatis igitur humane appellationem rogus consummat, qui se incurrit malorum obicit. *Val. Max. lib. 7. cap. 2.*

Referunt matrem Cleobis, & Bitonis juvenum Argivorum, Junonis sacerdotem fuisse: ac cum proficiscendi ad templum tempus instaret, remorantibus qui trahebant currum mulis, atque articulo urgente, hos subisse jugum curus, matremque ad delubrum vexisse: quam supra modum illorum pietate exultantem, precatam esse deam, ut eis optimum, quod dari posset mortalibus, daret: quos, ut cubitum concesserunt, nunquam post fuisse, dea horum pietatem morte remunerante. *Plut. in oratione consolatoria.*

De Agamede, & Trophonio Pindarus narrat, hos, postquam sanum Delphicum fluxissent, mercedem postulare ab Apolline: hunc autem ostendisse ad diem septimum eam se perfoluratum, interea ut epularetur, præcepisse. Fuisse hos dicto audientes, ac septima nocte sopitos mortem cum vita commutasse. *Ibid.*

Auctores sunt, ipsi Pindaro, qui Boeotorum legatis ad templum Apollinis missis mandaverat, ut quærent, Quid optimum mortalibus foret? responsum reddidisse vatem, Id non nescire ipsum, si quidem scripta de Trophonio, & Agamede illius forent. Quod si etiam experiri avert, fore id ei brevi apertum. Hoc ubi relatum fuit Pindaro, animadvertisse eum id mortem esse: nec multo interposito spatio desinisse fuisse. *Ibid.*

Scythis, ut narrat Plutarchus, mos erat, ut vesperi prius, quam dormirent, calculum in pharetram immitterent, candidum, si forte is dies circa molestem abisset, aurum, si felices. Demum ubi quis vita decederet, ejus pharetram proferebant: in qua si plures candidos calculos reperissent, hoc felitem pronuntiabant: contra, si plures nigros. Atque hinc vitam summam aestimabant. Unde Proverbio receptum est, ut dicerent, bonum diem est pharetra esse, si quid ex animi sententia accidisset. *Erasm. in Adagis.*

Leotychides Aristonos, Philippo, qui Orphei sacris initiabat, planè mendico, imitatus ab se jactanti felix em vitam post fata ægere: Quin tu igitur, inquit, homo demens, quam oculis vitam deponis, quò desinas infelicitatem, atque inopiam deplorare? *Plut. in Apoph.*

Pelopidas Thebanus (qui per Thebas contra Alexandri Phæaciæ pugnantis perit) quem peregrè fato functum, non conjugem, non liberis, non præsentibus propinquis, nemine rogantem, vel compellente, tam multo populi, & civitatis certatim pro se quique proreuti sunt, exiierunt, & coronis decorantur, jure visus est summam esse, utus beatitudinem. Non enim, ut Æliopus ait, mors est felicitum acerbissima, verum beatissima, quæ res bonorum virorum latas securo loco deponens, fortunæ decimarum conversionem. *Plut. in Pelop.*
Mortuo L. Corn. Sylla, cum esset à prima luce nubila ca-

A cælum, quia expectabant imbrem, non nisi nona hora extolerent cadaver. Tum venio increbescente, & delato in rogum, flammamque excitante luculentam, tantò prius combutum corpus fuit: quatenus rogo jam tabescente, atque igne emortiente, excussa est larga pluvia, quæ ad noctem usque tenuit. Ita perpetua felicitas eum etiam funere peragendo est comitata. *Plut. in Sylla.*

Magna C. Jul. Cæsaris dictatoris felicitas, quæ est in vita usque, mortuum quoque comitata, necis ejus ultra, atque omni terra marique percursa est, & investigavit interfectores, quoad nullus superstiti addeque omnes, qui ulla re vel manu facti affines, vel consilii fuerant consortes, vindicavit. Porro inter humana signa mirandum in primis, quod Cassio accidit. Hic victus in Philippis semetipse interemit eodem pugione, quo violaverat Cæsarem: Ex cælestibus, grandis cometa, qui post Cæsaris necem eximie fulgens septem noctes apparuit, inde subditus est. *Plut. in Cæsare.*

TEMPORA FELICIA. *Plut. in Cæsare.*
Hic Felicitas, illic Tempus, quod à felicitate quodammodo infertur.

LOCA FELICIA.
B Huc ex Tir. de Loco exempla transferantur. Hic Felicitatis subiectum est Locus: illic Loci forma Felicitas.

PERSONARUM, PROPTER QUAS SUBDITI OB PRINCIPES.

Platorum demum beatam terrarum orbem futurum prædicavit, cum aut sapiens regnare, aut reges sapere coepissent. *Valer. Max. lib. 7. cap. 2.*

Pericles cum jam animam ægeret, contigit, ut inter amicos astantes de ejus victoriis, atque eloquentia mentio haberetur, eamque cum admiratione capti laudibus esserent. Hæc cum ipse audiret, apertis oculis aliquantisper nixus, ut loqueretur: Mirari se dixit, quod victorias eloquentiamque in eo laudaret, quarum rerum partem fortuna sibi vendicabat: Atheniensis potius beatos prædicaret, quod quanto tempore remperisset, nemo ipsius caua lugubrem vestem unquam induisset. *Plut. in Pericle.*

M. Antoninus Pius tanta diligentia subiectos sibi Populos rexit, ut omnia & omnes, quasi sua essent, curaret. Provincie sub eo cunctæ flourerunt. Quadruplicatores extincti sunt. Publicatio bonorum rarior quam unquam fuit, ita ut unustantum proscriberetur affectuæ tyrannidis reus, hoc est Atilius Titianus, senatu puniente: à quo conficiis requiritur, si filio ejus ad omnia semper adjuto. Perit & Priscianus reus affectuæ tyrannidis, sed morte voluntaria. De qua conjuratione queri verit. *Capitolinus.*

Diocletian. & Maximian. Imp. bellicis laxati curis ad studia pacis excolenda animum converterunt, siquidem & novæ urbes coediderunt, atque à suo nomine appellarunt, & veteres recondiderunt, & antiqua in limitibus castra restituerunt, & publica in urbibus, & maxime primariis, opera ad famam magnificentiam æcupandam adificarunt, & liberales artes doctoribus provehendis ornarunt: omnino ut viderentur id agere, ut prisca terris secula, quæ aures fuisse feruntur, tertis reducerent, ac pro viribus instaurarent, quemadmodum oratores ad aures eorum oblectandas dicebant. Vixit certe anni, quibus summe rerum præfuerunt, ex omni parte non tam belli, quam pacis artibus flourerunt; quorum auspicio in iurium, mira frugum ubertas, & alma cæli salubritas, ex insigni, quæ præcesserat, inopia ac pestilentia, fecit.

Unum tantum illud clarissimis eorum laudibus aliquas quasi maculas nefariæ libidinis, & impie crudelitatis inuisset, quod iudex Christianos, homines innocentissimos, ac nullius flagitii scelerisque compertos, cum semper, tum maxime in extremo Imperii, omnibus ad perpetuam gloriam jam honoribus aucti, in insula persecutione vexarunt. *Sig. lib. 1. Occid. Imp.*

Theodorice Ostrogothorum rex, obiit anno Regni sui tricesimo, ætatis septuagesimo secundo, non minorem hostibus terrorem, quam populi fide desiderium sui relinquens, quod iustitia, fortitudine, sapientia, atque omni denique regia laude præfiteretur. Quo factum est, ut Italia per multos ante annos, revocato in pristinum securitatem, ac propè etiam splendorem Imperio, aut pace firmiore, aut otio uberiori, quam ipso regnante, non fuit usque: siquidem & à finitimum barbaribus incurSIONIBUS, & à domesticis seditionibus fuit tranquilla. Sed has omnes laudes una Arria-

na perdidit temerè cultæ insignis labefactavit infamia. *Sig. E. lib. 16. Imp. Occid.*

Edgaro Britannici regni diadema suscipiente, Dunstanus Cantuariensis Archiepisc. sibi divinitus prædictum audivit, pacem Britannia futuram, dum ille viveret. Et certe annis 16. quibus regnavit, omnia in summa quiete tranquillitateque fuere. *Polyd. lib. 6.*

Otho Longus Marchio Brandeburgensis, tutor datus Venesclao IV. Boemorum Regi, in sua absentia præfecerat illi Episcopum Brandeburgensem, hominem fœvum & avatum. Seditionem inde veritus, eo dejecto, Tobia Pragensis Episcopo, & Theobaldo regi Judici summam rerum commisit: mox pupillum secum Brandeburgum duxit, dicto prius die, quo cum Boemis restitueret velit. Fortè in ipsius discessu, arcus cælestis solito vegetior Pragam cinxerat. Non caruit id spectaculum interprete, qui diceret, finem malorum Boemis per hoc signum portendi. Et certe duo illi rectores à Marchione relicti, qua inter se concordia erant, & equitate, brevi temporis spatio felicem fecere Boemiam, grassatoribus è medio sublatis. *Dubrau. lib. 18.*

PATRIA OB CIVES.
Philippus Macedo beatorum Atheniensis, qui denos quoque anno invenit, quos designarent duces: cum ipse multis annis unum solum ducem invenisset Parmenionem. *Plut. in Apoph. regum.*

AMICI OB AMICOS.
Namerres Legatus missus, cum ejus loci quidam beatum ipsum prædicaret, quod multos haberet amicos, requisivit: An exploratum haberet, quæ ratione multos amicos habere quis sciret? Desideranti id dicere alteri: Adversa, inquit, fortuna. *Plut. in Apoph. Lacœ.*

Herodes Judæorum rex eò felicitatis provectus est, ut cum in toto quàm latè pater Romano Imperio duo essent omnium potentissimi, Augustus Cæsar, & M. Agrippa, Cæsar post Agrippam nemini majorem, quam illi, honorem haberet, Agrippa item post Cæsarem nemini: qua mutua benevolentia fretus, Phætoræ suo fratri tetrarchiam impetravit, de suo regno decem centum talentorum redidit, ut etiam si quid fatale sibi accideret, in tuto essent res illius, neque subiretur Herodis filiorum imperio. *Iosephi. 15. cap. 13. Antia.*

L. Sylla, Felix cognomine, inter fortunas suas duas præcipuas ducebat: alteram, quod Pium Metellum haberet amicum: alteram, quod urbem Athenarum non subvertisset. *Plut. in Rom. Apoph.*

FILII OB PARENTES.
Deus Isaac: Benedicentur, inquit, in semine tuo omnes gentes terræ, pro eo, quod audivit Abraham patrem tuus vocem meam, & custodivit præcepta mea, & mandata mea, & justificationes meas, & legitima mea. Et alio rursus oraculo, Ego sum, inquit, Deus Abraham patris tui, nolite timere: tecum enim sum, & benedixi tē, & multiplicabo semen tuum, propter Abraham patrem tuum.

Epaminondas, quod Leuctricum suum ductum, & palmam pater, & mater etiam cum superstitibus viderent, in maxima reposuit felicitate sua. *Plut.*

PARENTES OB FILIOS.
Apollonidem ferunt Cyzenam, regis Eumenis genitricem, triumque alorum, Attali, Philæteri, & Athenæi, beatam se semper prædicasse, diuque egisse gratias, non opum gratia, neque regni, sed quod tres filios conspiceret natu maximum stipantes, eamque in medio illorum hastis, & gladiis armatorum securè agentem. *Plut. de Pietate erga fratres.*

L. Paulus Æmilius relicta Papiria, alteram sibi matrimonio adjunxit, ex qua duos filios editos retinuit in familia. Priores summis, & nobilissimis domibus per adoptionem inseruit: majorem Fabii Maximi, qui consul quinquies fuit, minorem Scipionis Africani filius consobrinum suum adoptavit, Scipionemque nominavit. Filiam unam Pauli, Catonis filium secum matrimonio junxit: alteram Ælii Tuberoni ut optimis, & qui magnificentissimè tulit paupertatem. *Plut. in Æmilia, & Livius lib. 25.*

Patrem Claudii Cæsaris Drusum, olim Decimam, mox Neroneum prænomine, Livia, cum Augusto gravida nupsisset, intra mensem rerum peperit, fuitque suscipio, ex virgine per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus.

Totæ & totæ in regibus matris. id est, Felici-

A Felicitas sunt mensum & partus trium. Nam mense septimo, decimo, & undecimo, legitimi sunt partus: quarto & octavo, neque vitales ferunt, & petquam rari: mense tertio, nulli partus editi leguntur. Plin. lib. 7. cap. 5. & Sueton.

Constantinus Imp. cum propriis laudibus clarus, tum praecipue Constantini Magni filii, quem Imperatorem instituit, eximie virtutis ac pietatis insignibus merito memorandus. Sigon. lib. 2. Imp. occid.

De quodam multis beato liberis, lib. 3. Epigram. Græcorum Carphylides, in dyadē andras:

Mi μὲν πατρὸς τὰ ἰμμετάμια παρὰ τὰ, Οὐδ' ἔγω δ' ἄλλων ἄξιον ἴδ' ἔσθαι. Τέκνον τίκα λέγεται, μὴς ἀπὸ λαοῦ γυναικὸς Σαγγῆρι, τοιοῦτος πατρὶ ἴδιος γάμος: Ἐξ ἂν πολλὰν παῖδας εἰαὶς ἀκρίματα κάσσει, Οὐδ' ἐνός εἰμῆδας ἔ' ἴσοι, ἔ' δ' ἄσπασιν. Οἱ μὲν καταστρέφονται ἀπὸ μανίας, τὰ γὰρ κινεῖ ἔσθαι Καίμαδες, χέρις πύμαλιν ἰπ' ἀσθεῖων.

MAJORES OB POSTEROS.

B Acetium, ex posteritate Themistoclis Atheniensis, filia Xenoclis, Sophoclis filii, Leontis nepotis, vivens suos omnes à Leone proavo Daduchos vidit, æquales etiam eodem sacerdotio cohonestatos, Sophoclem fratrem, Themistoclem veram, & eo mortuo Theophrastum filium. Paus. in Anticis.

Antigonus, ut potentia, & ætate maximus fuit successorem Alexandri, ita etiam sola illius familia ab intestinis cadibus pura fuit: solusque ex omni Antigoni posteritate Philippus filium suum necavit. Plut. in Demetrio.

INIMICI OB INIMICOS.

Discordes.

Antiochus Cyzicenus, Antiochi Soteris F. ubi pervenit in Syriam, multis annis cum fratre Antiocho Gryppo (eandem enim matrem habuere, Cleopatram Ægypti Regis filiam) qui Demetrii Nicatoris filius fuit, conficiatus est. Hyrcano interim Judæorum duce per totum illud tempus agente in pace continua. Mox enim post Antiochi Soteris eadem defecerat à Macedonibus: jamque nec ut subditus, nec ut amicus ullam illis ferebat opem amplius: sed maximis successibus res ejus auctæ sunt Alexandri Zebennæ tempore, & majoribus etiam regnantibus his duobus fratribus. Bellum enim quo se atterebant mutuo, occasionem Hyrcano præbuit, ut securè frueretur Judææ preventibus, & ingentem pecuniarum vim inde congereret. Et Cyziceno vastante fratris regionem, non dissimulavit & ipse quid moliretur: videntque Antiocho Gryppo nihil esse ab Ægypto præsidii, sed tam ipsum, quam ejus fratrem multas clades accipere ex continuis inter se certaminibus, utrumque facillè depexit. Ioseph. lib. 13. c. 17. Antioch.

Vitios, Oppressos. Honorius Imp. in magnis reip. tempestatibus versatus, ad extremum salvo Imperio ex omnibus naufragis, bene juveni Deo, elapsus est, ut D. Aug. existimavit, quod Christum eximia pietate colerit: memorabilis autem ob id, quod plurimis bellis civilibus circumventus, omnia propè sine insigni cæde sedarit: non minus domesticis hostibus, quam externis, qui uno tempore omnes ætatis imbecillitate allecti eruperunt, appetitus atque vexatus. Sigon. lib. 11. Imp. occid.

D Neclan Boemorum Princeps, lepore timidior, in opprimendis tamen aliena fortitudine inimicus felix. Sic Ulafistiaum regni æmulum per Syderum equitem fortissimum superavit. Dubravius lib. 3.

Suaroplucus Moravorum rex Christianus, hostes suos divinitus extinctos vidit, Giulam quidem Hungarum fulmine affatum, Mystibogium verò Boemum à demone sub humana specie discerptum. Dubravius lib. 3.

RERUM. SIC FELICITAS consideratur.

MULTIPLEX. VARIIS BONIS felices.

Infans Moyses Israelitici generis, parva inclusus cista, & in Nilum projectus, cum sine spe ulla salutis veheretur, crocodillo cæterisque belluis in flumen natantibus prædæ esse potuit. Cæterum suo vagitu proditus, à Thernuti Regis Pharaonis filia, & coetu puellarum cum plausu excipitur, fitque regis domus alumnus. Mox regni successore destinatus, ex seruo ingentis exercitus Imp. factus, Æthiopicum bellum confecit. Hinc exilio damnatus, mox restitutus, suæ

genti vindex duxque designatur: in asserenda libertate E per medios fluctus pelagi pedestri euec exercitum, per deserta & inculta loca ait: ingentes hostium exercitus inermis fundit, legibus populum instruit. Qui hæc fortunæ opera credit, cum Leucippo delirat, qui cælum, & omnia quæ cælo teguntur, providentiæ ademit. Sab. lib. 7. cap. 7.

David Isai F. ab ovium passione accersitus, rex inunctus est, ex tot fratribus minimus natus. Penè puer Goliath Philistæum, immani statura virum, quem omnis Judæa formidavit, uno ictu ex provocacione peremit: Saulum regem sibi insensum, bis cædi opportunum habuit: cum hoste nunquam infeliciter confixit. Regnum forte ademptum Abisalonis filii impietate, brevi recepit, inoffensaque vixit valetudine ad extremum vitæ: prolemque numerosam reliquit, & ex ea Salomonem regem ex sententia designavit, ut posteritatis etiam securus moreretur. Sab. lib. 7. cap. 7.

Salomon, qui regnum per manus ab illo accepit, præter affluentes regni opes, sapientia humana omnes alios antecellit mortales, ad quam cognoscendam ab extremis terris reges venire. Templum omnium quæ in terris fuerat augustissimum condidit. conditum dedicavit: multa tam piè quam sapienter scripsit, obituque grandis natus, liberis & regno incolamus. Sed providentiæ sunt hæc, quæ profanum vulgus mavult fortunæ fuisse. Sab. lib. 7. c. 7.

Delphicum oraculum, velur ad castigandum hominum vanitatem, semel Phædium felicissimum pronuntiavit, qui pro patria occubuisse. Iterum à Gyge rege tunc amplissimum terrarum consultum, Aglaum Phosphidum esse feliciorum. Senior hic in angustiis Arcadiæ angulo parvum, sed annuis victibus largè sufficiens, prædium colbat, nunquam ex eo egressus: atque (ut è vitæ genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus. Plin. lib. 6. cap. 46.

Erichthonius Dardani æ Bæta F. omnium hominum fortunatissimus fuisse, veterum Græcorum historiis traditur. Cælius lib. 9. cap. 19. Antioch. Lib. 1.

Polycrates Samiorum tyrannus, cum summa frueretur felicitate, admonitus ab Amasi Ægyptiorum rege, ut aliquo saltem, quamvis levi incommodo, tantam internumperet fortune tranquillitatem: annulum in mare profert, quem habebat charissimum, ejuque jactura vehementer dolere simulabat: cum piscator quidam capium piscem Polycrati dono obtulit. Quo exentato, annulus in visceribus reperitus est, quem Polycrates abjecerat. Ibi tunc Amasi Polycrati amicitiam renuntiavit dicitur, cum videret appetere fortunam ad graviores casus eum reservare. Nec defuit eventus: ab Orceie enim Darii regis præfecto, in summo Mycalensis montis vertice cruci affixus est. Hierodotus.

Philippus Macedonum rex, cum tria ei sub idem tempus læta nunciata essent: primum, vicisse ipsum Olympiis quadriga: alterum, ducem suum Parmeniorum ignis collatis Dardanos concidisset, tertium, peperisse Olympiadem filium: tensis ad cælum manibus: Refert pro his, Fortuna, inquit, modicum aliquid incommodum. Ingentibus felicitatibus invadere sciebat fortunam solere. Plut. in orat. Consolatoria.

Olympicas, & Pythicas laureas nemo opinor in unum collectas omnes uni digne conferre Pelopida Thebanæ certaminum. Quæ cum multa decerneret, & victor evassisset, vitamque penè omnem gloriosè, & honorificè tradidisset, tandem in decimateria Bæotarchia, conjunctum cum tyranni Alexandri Phærei oppressionem decus obiens, pro Theffalorum expiravit libertate, qui ejus sanus incredibilis, & gloriosissimo cum lætu celebrantur. Plut. in Pelopida.

Timoleonis Corinthii stupenda prosperitas. Quinquaginta diebus, quam applicuit in Siciliam, arcem Syracusanam in potestatem accepit, Dionysiumque in Peloponnesum misit, excidit tyrannides, & bella sustulit. Totam insulam, quam calamitatibus deformatam, & iniviam incolæ acceptæ, octo annorum spatio ita pacatam, omnibus reddidit exoptatam, ut ad incolendum alii advolarent eò, unde profugerant ante cives. Plut. in Timolonte, & Diad. 6. Apollonius, Atali, patris Eumenis Regis, uxor, plebeja cum esset, regina evasit, eamque dignitatem illecebris, sed modestia & urbana gravitate atque integritate. Filios peperit quatuor, quos omnes insigni benevolentia, & pietate usque ad obitum est prosecuta, quamvis non parvo tempore

A matrici superstes defuncto, ab Attalo in maximo Pergami templo condita est, quod ipse extruxerat: & vicinus lacus illius nomine appellatus. Suid.

Dionysius prior, & manu fortis & belli peritus fuit: & id quod in tyranno non facillè reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus, nisi singularis perpetuæ imperii, ob eamque rem crudelis. Nam dum id studuit munire, nullius peperit vitæ, quem ejus infidelitatem putaret. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate, majorique annos sexaginta natus deceffit floreente regno. Neque in tam multis annis cujusquam ex sua stirpe finis vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes. Probos.

Hyrcanus III. Judæorum Dux & Pontifex, tribus maximis à Deo habitus dignis honoribus, principatu gentis Judæorum, & Pontificatu, & Prophetia: fruebat enim divinis colloquiis. Unde tantam nactus est futurorum præsentiam, ut prædixit, duos majores natu è suis liberis, Aristobulum, & Antigonom, non diu fore paterni principatus comportes. Iosephus lib. 15. cap. 18.

Si fuit omnium Solon sapientissimus, fuit beatissimus P. Val. Poplicola. Quæ enim illi bona pro maximis, & pulcherrimis in votis fuerunt, horum Poplicola parandorum, & fruedorum perpetuæ ad fata usque habuit facultatem. Nam quod Solon de virtute edidit ad Cræsum elogium, id Poplicole citius quam Tello conveniat. Telli enim, quem ob honestam mortem, virtutem, & liberorum probitatem fuisse pronuntiavit beatissimum, neque ipse in carminibus suis ut viri boni fecit mentionem, neque liberi ejus vel magistraus clarus fuit. Poplicola princeps auctoritate, & gloria civitatis Romanæ ob virtutem, dum viveret, fuit: & ad mortuum clarissimis familiis & nobilibus, Poplicola, Mellala, Valeris per annos sexcentos nobilitatis splendorem sicut ad originem retulerunt. Telli ut viri fortis ordinibus non excedens, sed pugnans, est ab hostibus occisus, Poplicola verò cæsis hostibus, cum patriam in consulatu, & imperio suo videret victricem, & honorem affectus esset triumphæque, optatum ab Solone, & in cælum elatum est extrum consecutus. Plut. in comparatione, & Solonis, & Valerii.

Q. Metellus, Macedonici patet, in ea oratione quam habuit superis laudibus patris sui L. Metelli, Pontificis, his consulis, dicitur, magistri equitum, quincemviri agris dandis, qui primus Elephantos primo Punico bello duxit in triumpho, scriptum reliquit, decem maximas res optimasque in quibus querendis sapientes atatem exigenter, consummasse eum. Voluisse enim primarium bellatorum esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse summum senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere, & clarissimum in civitate esse. Tribuit ei populus Romanus, quod nunquam ulli alii ab condito ævo, ut quoties in senatum iret, curru veheretur ad curiam: magnum & sublime, sed pro oculis datum. Plin. lib. 7. cap. 43. Nat. hist. Quatuor filios reliquit, Q. Balearicum, L. Diadematum, M. Metellum, & C. Caprarium: ex iis tres consules, duos triumphales, unum censorium, quatuor prætorium, & consularum candidatum, ut scribit Vellejus, quem magistratum adeptus est: tres filias clarissimas viris nuptas, ex quibus nepotes viderit: & à tanta tamque illustri, & honorata turba à se progenita, extrema senecta, facillimo vitæ curriculum usque, rogo sit impostus. Eudæus. Pives in libro secundum Augustini de Civitate Dei, cap. 23.

Innumeras gradibus beneficiorum Q. Metellum Macedonicum, Lucii nepotem, à primo originis die, ad ultimum usque ætatis tempus, nunquam cessante indulgentia, ad summum beatæ vitæ cumulum fortuna perduxit. Nasci enim in urbe terrarum princeps voluit, parentes ei nobilissimos de dicit adjecit animi rarissimas dotes, & corporis vires, ut sufficere laboribus posset: uxorem pudicitia, & fecunditate conspicua conciliavit. Consulatus decem, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi præteritam largita est: fecit, ut eodem tempore tres filios consules, unam etiam censorium, duos triumphales, & quatuor prætorium videret: ut tres filias nupti daret, earumque sobolem sinu suo exciperet: tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam molitæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia: cum interim nullum finem,

nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Eo uno excepto, quod E à Catino Labeone Tr. plebis violenter ad supplicium raptus perisset haud dubiè, de Tarpeja rupe præcipitatus, nisi filiorum occurru, Tribunorum intercessione agrè impetrata, periculo subtrahendus fuisset. Hunc autem vitæ actum ejus contentatæ finis excepit. Nam Q. Metellum ultimæ senectutis spacio defunctum, lenique generis mortis, inter oscula complexusque charissimorum pignorum extinctum, filii, & generi humeris suis per urbem latum, rogo imposuerunt. Valerius lib. 7. cap. 1. Plin. lib. 7. cap. 44. & Sab. lib. 7. Em. 6.

P. Crassus Mutianus quinque rerum bonarum maxima habuit. Vide Tit. Pæna inobediencia bellice ex Gellii lib. 1. cap. 13.

M. Caro Cenforius summo omnium consensu obtinuit, ut esset, & diceretur optimus senator, optimus orator, optimus imperator, quæ tamen omnia, est non prius, at tamen clariss in Scipione Æmiliano effulserunt, dempto etiam multorum odio. Plin. lib. 7. cap. 27.

Unus hominum ad hoc xvi Felicis filii cognomen asseruit L. Sylla, civili nempe sanguine, ac partia oppugnatione adoptatus. Et quibus felicitatis inductus argumentis, quod proficere tot millia civium ac cruciata potuisset. Plinius lib. 7. cap. 43.

Sylla conomoto Felix in maximis suis felicitatibus numerabat duo, Metelli Pii necessitudinem, & quod non delevisset Athenas, verum ei urbi peperisset. Plut. in Appob.

Tarfentis Antipater instante fato, bona, quæ sibi delata fuerant, reputans, nec navigationem suam ex Sicilia Athenas secundam prætermisit. Plut. de Tranquil. animi.

Quam indulgentem, & in quam multis fortuna, hoc est, divina providentia, cum Augusto Cæsare egerit, popularius illa Romæ civitatis acclamatio indicio est, in nova principum creatione: ubi in bonum omen læpè est reperitum: Felicitor Augusto, Trajano melior. Sed in hoc quoque magna cæcatur fortuna volumina. Nondum viginti natus annos, consul fuit, Imperator dicitur exercitum: majoris avunculæ eadem ultus est ad fatietatem: gravissima bella, Mucienensia, Pharsalicum, Siculum, Perusinum, Ambactium, Ægyptiacum, & Cantabricum, ex sententia confecit: Janum reitit clausit: terrarum orbis regimen ad se recepit, & ad extremum vitæ pacatissimè rexit: & hæc blandientis fortune. Cæterum hæc eadem tam sæpè est, & atrociter adversis inperpolata, ut difficile sit judicare, an mortuam quifquam fuerit illam volubiliorem expertus. Vicit ille ad extremum omnibus bellis, sed sæpè interim exagitatus est: his maris lævitiæ classibus exutus: Italiz fames uni imputata: inimicorum conjurationes, filia & nepis publicata adulteria, legionum cædes, amicorum suspiciones. Infelicitatis argumenta tam multa præter hæc & magna, ut difficile sit judicare, fuerint alternatio rerum & inconstantia subscribens fortunæ, an blandientis: quæ læva dulcissimos favos manu ferret, dextera abstinuim. Sabell. lib. 7. c. 8. & Polat. lib. 13. Anthrop.

Agrippinæ Augustæ, inter feminas Romanas, quæ ante eam fuerunt, uni contigit, ut Romani principis uxor, foror, mater ac filia haberetur: Germanici enim filia fuit, quem Tiberius Imperii successorem adoptaverat: Claudium Augustum virum habuit: Caligula foror erat: denique Neronem peperit. Fulgosus lib. 8. cap. 16.

Constantinum Magnum non supplicentem demonibus, H sed ipsum verum Deum colentem, Deus tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullas auderet. Qui etiam cõdote civitatem Romano Imperio sociam, velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo demonum templo simulacroque, concessit: diu imperavit, universum orbem Romanum unus Augustus tenuit & defendit: & in administrandis, & gerendis bellis victoriosissimus fuit: in tyrans opprimendis per omnia prosperatus est. Grandævus ægritudine, & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. Augustinus lib. 5. de Civitate Dei, cap. 25.

Ambrosius Episcopus, cum apud Divitem quandam hospitandi gratia divertisset, & ille se nihil unquam in vita aduersi passum jactaret: evestigio cum suis recessit, dixitque, ideò se inde fugere, ne unâ cum homine perpetuis prospectibus ufo statim periret. Haud ita procal excellerat, & respicientes, vident ædes illas cum omnibus, qui ibi erant, terræ hiatu jam absorptas. Marinius lib. 5. cap. 3.

Austrius quidam princeps impius, perpetuo felix. Vide Tit. Judicij Theologici de immortalitate animarum.

A SIMPLEX, PROPTER BONI POSSESSIONEM QUALISCUQUE FELICES OB Favorem divinum.

Alexander Magnus staturat ad Ammonis oraculum proficisci. Iter prolixum erat, ac quum multorum laborum arduumque plenum, tum cum duobus conjunctum periculis, uno ob aqua penuriam, altero ob procellosum in alto, & vasto sabulo Austrum, qui Cambyfis olim exercitum ad quinquaginta millia locum obruit oppressisque. Ceterum arduum erat, Alexandrum, quod quocumque intendisset, ab eo defletere, divina ope fretum. Primum enim caelestes aquae, & largi excussi imbres sitis timorem discusserunt, atiditateque extincta sabuli irrigati, & jam compactioris, liquidum aera reddiderunt, & puriorem. Deinde confusus, quibus duces itineris utebantur notis, quam erraret agmen per ignorantiam, atque ab itinere defleceret: corvi oblatis duces praebuerunt se. Siagmen sequebatur, incitatis antecedeant pennis: sin incederet lentius, & tardius, operiebantur: quod verò miraculum superabat omne, ut auctor est Callisthenes, vocibus & croitu, si qui nocte aberrarent, hos revocabant, atque ad vestigium viae reducebant. Plut. in Alex.

Virtutem in genere.

David regi, quia in animo habebat, Domino templum aedificare, promissio facta est de regno ejus in aeternum duraturo. Vide Tit. Templi religiose extructa.

Aeglaus rex rogatus aliquando, Quare supra ceteros agerent praecipue Spartiate vitam felicem? Quod supra ceteros, inquit, excolant se ad imperandum, & patendum. Plut. in Apoph.

Christianos quosdam Imperatores non idem felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipublica domuerunt, vel inimicos cives adversus se insurgentes, & cavere & opprimere poterunt (haec enim & alia vite hujus ardua sunt, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores demonum accipere meruerunt) sed felices eos dicimus, si iusti imperant, si inter linguas sublimiter honorantiam, & obsequia nihil humiliter salutantiam non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem, ad Deum centum maxime dilatandum, majestati ejus famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt: si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes: si tardius vindicant, facile ignoscunt: si eandem vindictam pro necessitate regenda tuendaeque reipublicae, non pro futurandis inimicitiarum odibus exerunt: si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod a se aperit coguntur plerumque decernere, misericordiae lenitate, & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tantum eis esse castigatio, quantum potest esse liberior: si malum cupiditibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare. Et si haec omnia faciunt non propter ardorem inanis gloriae, sed propter charitatem felicitatis aeternae: si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt. Divus Augustinus lib. 5. de Civit. Dei, cap. 24.

Institutionem rectam.

Moyles apud Israelitas suos gloriatur, nullam gentem sub caelo esse, quae tam iusta instituta, & iura habeat, atque Israelite. Deuterom. 4.

D Xenias Corinthius cum Diogene Cynicum emisisset, voce ejus inductus, quod se liberis hominibus imperare, & qui modestatore opus haberent, iis se praesse posse profiteretur: posteaquam reconditam eruditionem, & virtutem ejus in domestica conversatione penitus perspexit, bonum genium specie servi aedes suas subisse dixit, eumque mox libertate donavit. Laertius in Diogene.

Basilus Magnus Caesariensis Episcopus, passim Deo gratias agit, quod a Christianis parentibus Basilio Helenopontano Iudimagistro, & Eumele Cappadoce natus sit: quodque a Marcina nutrice (quae superiori aetate Gregorium Neocaesariensem audiverat) nutritus esset. Ejus certe avus in vehementi illa persecutione sub Maximino cum suis cognatis in specum montis secessit, ibique per septennium solo pane feuosque miraculose sustentavit: tandem constanter martyrium pro Christo passus est.

Initiationem.

Orpheotelestae nuncupati, qui sacris Orphicis apud Lesbios initiandi auctores erant, quique felicitatem certissimam pollicebantur post obitum. Id quum Philippus qui-

dam Orpheotelestae & ipse, verum summe inops, amplius praedicaret, dixit Leontychidas Spartanus: O fate, qui istam meritis, luctui & miseriae finem impositurus? Caelius lib. 1. 5. cap. 9. Antiquarum lectionum.

Facta illustria.

Zacharias Pontifex, rebus pro Ecclesiae salute, & Apostolicae sedis auctoritate, non tam pie, quam prosperè gestis, inter primores Pontifices merito numerandus. Rachim Longobardorum regem, ut monachus fuerit, induxit. Francos a Chilperici regis ignavi factamento absolvit, & ad Pipinum subituentium induxit. Sigonius lib. 3. regni Ital.

Joannes VIII. vel IX. Pontifex, Carolum Calvum Romae Imp. coronavit. Eo mortuo, & Ludovicum Balbum ejus F. in Francia coronavit: eodemque anno Carolum Crassum Romanum venientem, & in quem magis confenserat Romani proceres, diademate insignivit: quod nulli unquam Pontifici contigit, ut intra quatuor annos tres Imperatores coronaret. Ob id periticae scriptores utriusque Caesaris, Babii scilicet & Crassi, unum imperium faciunt: aliqui Balbum Caesarem catalogo non inferunt. F. Cusp. A. D.

Eugenii IV. Pontificis felicitati tributum est, quod nulli ante postea ad hanc diem Pontifici, ut duo Caesares, Graecus Joannes Palaeologus in Florentino comitio, & Sigismundus Romae Latinus, eum adirent, parentemque orbis terrarum profiterentur. Amilius lib. 10.

Joannes Basilides Moscorum Dux, bellator fuit felicissimus, ut Stephanus Moldaviae Palatinus de eo diceret: Illum domi sedere, & dormitando imperium suum augere: se vero pugnando quotidie vix Imperii sui limites defendere posse. H. Fleminges in Genea.

Remp. recte administratam.

Pericles instante morte beatum se eo ipso praedicavit, quod civis Atheniensis pullam vestem nullis sua opera sumpsisset. Plut. in Apoph.

Corporis Voluptates.

Chorus Silenorum cum adiret Polyphemum vino, quod Ulysses portexerat, exhibitum canere, apud Euripidem in Cyclope inquit:

Μακάριος ἐὼ δὴ δῖα, Βορῆων φίλων παῖδας, Ἐπὶ κείνῳ ἐκπεταδῆς, φίλος ἀδρῖ παρὰ κλῆρον. Ἐπὶ δεινῶν τε γυνῶν Χλιδάσις ἔχον ἑταίρας Μυρῶνδρος λίταρος βόρυχον.

Beatus est, qui baccharum, uvarum gratis fontibus post computationem exporrectum, charum fodalem manibus attingens: & qui in cubilibus flavum delicatam habet sociae unguento delibutus nitidus capillum.

Divitias.

Laconi qui praedicabat Lampidis felicitatem Aegineta, quod ex magno censu, quem ex navibus meritorius comparabat, opulentior haberetur, ait alter: Floccipendo aptam ex Sparro felicitatem. Plut. in Apoph. Laconicus.

Theogenis de sua vita scribit:

Ἦν δέ σῆς ἐρωτᾷ τὴν ἐμὴν βίαν, δὴ δὲ εἶπῃν αἰετῶς, ἢ χαλκῶς, ἢ χρυσοῦς, ἢ μὲν δὲ ὧν ἢ εἶνος πατριῶν δὲ ἀλλοτρίων, Ζεῖνα δὲ πλὴν ἐὼ δὲ δωαπὶς παρῆχον.

Hoc videtur velle: Vitam juvenilem per se bonam, propter pauperietatem fuisse duram. Nunc vero senilem aetatem divitiarum nomine satis bonam (quantum scilicet frugali homini satis fit) propter valetudinis incommoda duram esse.

Alfonso, Aragonum regi, cum a quodam deserterent auroreum decem millia, dixissetque, qui forte aderat, eaduntaxat summa se divitem, & beatum fore: Accipe, rex inquit, quantacumque ea est, & beatus esto. Panor. l. 4. de Rebus gestis Alf.

Libros, vel Colles.

Homero hoc singulare contigit, ut sparsa illius carmina, in unum ab Hipparcho collecta sint. Vide Tit. Poetarum studium.

Sibyllae oracula Augusti studio per totam Graeciam conquisita, Sub Tit. Damnantissimum studium.

Conservatos.

Aristoteles bibliothecam Nicanori, huic si quid accidisset,

A dixer. Theophrasto reliquit Lesbio, discipulo suo. Theophrastus Neleo Sceptio. Is Sceptum urbem Troadis deportavit. Eo mortuo, ad haeredes devoluti sunt indoctos: qui quum regnum Pergamonorum, & Egyptiorum studium in conquirentibus libris viderent, vel invidia, vel avaritia ducti, eos in subterraneo loco recondiderunt, ubi cum blatis, & cineis depugnantur, ad Apellonem usque Tejum, qui eos in Graeciam restituit Piraeum Aticae: ibi captos victor Sylla bello Mithridatico inter manubias Romae deportavit. Tyrannion verò Amisenus Grammaticus recognovit, suamque in illos tyrannidem exercuit. Andronicus Rhodius post publicavit Exemplarium catalogum, inquit Plutarchus in Sylla, quum prius sine libris Peripatetici inconstanter philosopharentur. Ergo inter spolia optima Syllae, Romam relati sunt commentarii Aristot. ut Paulus Aemilius Macedonicum Bibliothecam Persei Romam multo ante reulerat. Post multa saecula Saraceni tenuibus principibus in valdecentes, viribusque aucti, propter Imperatorum Graecorum fatalem foecordiam, depopulata Syria, subjugata Aegypto, domita Africa, in Insulas quosdam excurrerunt, Rhodum praecipue & Siciliam, atque inde cum praeda reliqua Aristotelis etiam libros secum abtulere, eosque in suam linguam transfulerunt. B. Itaque secundum jam in triumpho Aristotelis sunt libri ducti. Fredericus II. Imperator, cum aliis rebus gestis, tum bello contra Sultanum Aegyptium ritè confecto, & induciis in decem annos pactis claris. Aristoteles barbara veste indutum, curram triumphalem jam tertium sequi iussit, hoc est, in lingua Arabica in linguam Latinam libros ejus transferri curavit. Quod Germanici Imp. beneficio factum est, ut totus orbis Romanus constantiam jam philosophari, & Aristoteles lampadis splendore de rebus naturalibus, & divinis sublimius sapere diceret. Ceterum quia Arabia interpretis culpa Aristotelis sensa plerisque locis vel obscura vel manca vel dubia erant, posteaquam 250. post annis Mahometus Turcorum tyrannus, occupata Constantinopoli, Graecorum evertit imperium, è tanto naufragio speciosissima tabula Aristoteles philosophiae ad Latinos translata est, quando inter ceteros viros doctos, barbarorum crudelitatis reliquias, facile principes Joannes Argropylos, & Theodorus Gaza, Romam venerunt, illicque non tantum viva voce literas Graecas docuerunt, verum etiam libros Aristotelis Latinate donaverunt, ut jam non amplius emendicata ex Arabum lacunis, sed ex ipso fonte haulta philosophia Latini erudirentur. Quod certe spoliis, uti ex fortuna urbis Constantinopolitanae solum Christianis superstiti, ita victos de victoria Turca triumphare, & quartum jam in triumpho Aristotelem ducere fecit, tanto cum splendore, ut nulla sit ferè Christiani orbis Academia, quae non de libertate illi grauletur, eundemque vel sua lingua, vel certe Latine loquentem admiretur.

Propagatas.

Andreas Vesalius medicus, Ambrosium Calepinum monachum μακαριστον solebat vocare, cujus Dictionarium tam constanti nominis fama toties excusum esset. Joannis Oporini acroama.

Primogenituram.

Primogenitura olim omnis felicitatis cumulum in se habuit. Apparer in Esau, & Jacob, filius Isaac: quorum cum ille aetatis praerogativam pro edulio lentium Jacob vendidisset, & jus primogeniturae, & benedictionem paternam amisit. Gen. 25.

Mortis genus.

D Cajo Julio Caesari, quod in ipsius ore, & voto frequens fuit, obtigit genus mortis inexpectatum atque subitum, si non optabile, minime tamen pudendum, quod clarissimum civium manu, in conspectu amplissimi senatus, honestè & fortiter occubavit. Sab. lib. 3. Em. 6.

Gloriam, Honores.

Alexandridas, gloriam officere jactanti, & beatum esse qui eam fugisset: Ergo, inquit, qui injustè agunt, sunt, ut tu ais, beati. Qui enim quis, cum sacilegium committit, aut injuriam facit, gloriam meretur? Plut. in Apoph.

Una feminarum in omni aere Lampido Lacedaemonia reperitur, quae regis filia, regis uxor, regis mater fuit. Una Pherenic, quae filia, soror, mater Olympionicarum. Plinius lib. 7. cap. 41.

Elizabetha Alberti II. regis Rom. Hungariae, & Bohemiae filia, rarissima pudicitiae femina, soror Ladislai regis Hungariae, uxor Casimiri regis Poloniae, mater Regum IV. Vladislai, Joannis, Alberti, Alexandri, Sigismundi, & Friderici

Cardinalis, ac Casimiri in Sanctorum numero relati. Cusp. E. manius in Caesaribus.

Isabelle Hungariae Regina praeter corporis atque animi singulares dotes haec contigerunt. ut & Regis affilia, & Regis soror, & uxor & mater. Nam & Sigismundi Sarmatarum regis fuit filia, ut Sigismundi Augusti soror, & Joannis Pannoniae Regis uxor, & Stephani Transylvani Regis mater: quae varios perpeffa casus, inconstantiamque fortunae, tamen in ipso regno est mortua, & filium unicum in regni possessione reliquit. Sab. Supplem. lib. 29. Nobilitatem.

Orestes, cum Iphigenia beatam praedicaret patriam, quae educasset Orestem, apud Euripidem, in Iphigenia Taurica sic respondet:

Τέλει δὲ ἀποχρησθῆναι τῆς δὲ συγγένου, ἢ συγγένου, ἢ μὴν δὲ συγγένου ἴσου βίον.

Genere quidem beatissimus: ob calamitates verò, dessor, nostra infelix est vita.

Reditum in patriam.

Proditum a Plut. memorie est, Demosthenem statim post reditum suum, cum intendisset manus ad caelum, se beatum propter laetitiam ejus diei vocasse, quia melius, quam Alcibiades fecerat, in patriam rediisset: persuasus enim, non coactus, vique ipsi adhibita, cives suos se in urbem recepisse.

Augusto Caesare imperante, facta proscriptione eorum, qui in C. Julii mortem aut conspiraverant, aut consilii fuerant, quum multi intra & extra urbem interficerentur, etiam qui proscriptos clam retinerent, atque defenderent: constat tamen, plerisque proscriptos, qui incoleres evaserant, postea esse restitutos, atque ad reipublica gubernationem admissos. Ex quo intelligi potest, quanta sit rerum humanarum varietas, & fluctuantis fortunae inconstantia. Dion.

Peregrinationem perpetuam.

Tartari uno in loco non diu commorantur, sed depastis pascuis, cum armentis, uxoribus, & liberis, quos in plaustris, & equis secum circumferunt, aliud commigrant, exceptis iis qui in oppidis degant. Gravem autem infelicitatem putant, illic in eodem loco morari, iratque liberis suis sic grave malum imprecantur: Utinam eodem in loco perinde ut Christianus perpetuo haereas, propriumque factorem olfacias. Si vero bello aliquo graviore urgentur, uxores, liberos senesque in loca tutiora collocant. Guagninus in descriptione Tartariae.

Victorias.

Timotheus dux habebatur felix. Cum ei quidam adula-rentur, urbes pingebant in nasam illo dormiente ultro se infinuantes. Quare dicebat Timotheus: Si urbes tantas capio dormiens, quid facturum censetis expergefatum? Plut. in Apoph.

Multis, & claris uno die annunciatis Philippo Macedonum regi victorias: Exiguam fortuna, inquit, mihi malum pro tot tantisque bonis repende. Idem.

L. Paulus Aemilius a Perse, & Macedonibus integrum sine vulnere exercitum reportavit, victoriamque incurramt; adeoque triumphans extollit Fortunam. Plut. de Rom. fort.

L. Corn. Syllam, ex Nicopolis metreticulae assumptum, & sublatum sinu, super Cimbricas Marii laureas, & consulatus septem, arbitrio orbis terrae, & dictaturae Fortuna imposuit. Hic palam in adoptionem se cum rebus suis gestis dedit Fortunae, clamans cum Sophoclis Oedipode:

Ego ipse me fortuna adscribo filium,

ac Felicem se appellavit. Graecis in hunc modum scribebat, L. Cornelius Sylla ἐπαρρησθησθαι, five Venustus: atque trophaea ejus, quae Corona posita sunt, & illa de Mithridate, haec habere inscriptionem. Plut. de Rom. fort.

Belisarius Justiniani dux, bello Gothico cum ceteris in rebus secunda fortuna usus est, tum in ea vel maxime, quod, Sicilia in potestatem redacta, postremo consulatus die Syraculas ingressus est, magnoque plausu Siculorum exceptus, ingentem vim numerorum acclamanti populo sparsit. Sigonius lib. 17. imp. occid.

Robertus II. Scaotorum Rex, fortuna belli omnes ante se reges aut superavit, aut aquavit saltem, quum toto regni tempore, et si praetio nulli interesse obvenium potuerit, nulla tamen ad verba fortuna pugnatum sit. Hector Bohemius lib. 16.

Nemo ducum, Boldino Panniciae, qui anno Salutis humanae M. CCC. XXII. Potificiae militiae scepra tenebat, felicior fuit. Nam & dum viveret, semper victor, & post mortem